



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1143. Usque Ad Annum 1176

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90118014

§. 44. Colloquium Gisortiense.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66377)

constituunt in Octava S. Martini, qua ^{Sæcul. XII.} cum Archiepiscopo conferrent consilia. A. C. 1167.
 Ceterum Rex Angliæ Legatis dixerat; belli incentorem esse Thomam, qui in Franciam abiisset, ut contra se Regem & Comitem Flandriæ ad arma capeffenda excitaret.

§. XLIV.

Colloquium Gifortienfe.

Præfixa die, decima octava Novembris, ^{II. ep. 27. 28.} anno millesimo centesimo sexagesimo septimo in loco inter oppida, vulgo ^{30.} *Trie* & Gifortium posito, Franciæ & Normanniæ termino, colloquium habitum. Sed Episcopi & Abbates Angliæ, quos Rex advocaverat, Rotomagi remanserunt. Archiepiscopum vero Cantuariensem non nulli ex iis, qui in exilium eunti adhæserant, comitabantur. Sermonem priores exorsi Legati ingentem Papæ caritatem dilaudarunt, & sollicitudinem, qua Archiepiscopum hodieque foveret. Suos quoque labores & pericula in hoc itinere exhausta memorabant, atque etiam necessitatem Ecclesiæ, Regis Angliæ potentiam, amicitiam præterea & beneficia, quibus olim Thomam ipsum coluisset, honorem, quo eum semper prosecutus fuisset, & tandem querelas contra ipsum, præsertim de bello, cujus auctorem Thomam esse affirmaret.

Sæcul. XII.
A.C. 1167.

ma-
ret. Super his omnibus quærebant
ex Archiepiscopo, quid ad placandum
Regis animum ipsos dicere oportere,
suadebantque Thomæ, ut in spinoso ne-
gotio moderationem & humilitatem af-
ferret.

His dictis exiit Archiepiscopus, cum
suis consultaturus. Et post morulam
regressus gratias dixit Papæ & Legatis.
Tum ad illa, quæ a Rege objiciebantur,
respondit, & memoravit, quantum Ec-
clesiæ nocuisset. De humilitate & sub-
missione vero, quam Legati ab Archie-
piscopo expectabant, dixit, se se Regi
tam humilem, tam submissum exhibitu-
rum esse, ac fieri posset, Dei suoque ho-
nore, libertate & bonis Ecclesiæ salvis,
interrogans an his conditionibus quid-
quam adjici vel detrahi deberet. Re-
sponderunt Legati, non venisse se, ut ei
consilia darent, sed ab eo acciperent,
sicque viam ad reconciliationem explo-
rarent. His subjunxerunt; ad quædam
capitula speciatim esse progrediendum,
& quæsierunt, an promittere vellet, i-
psis præsentibus, quod illas consuetudi-
nes, quibus Reges sub Archiepiscopis
Antecessoribus suis usi fuissent, servatu-
rus esset, ut sic in gratiam cum Rege re-
diret. Thomas respondit: Nullum Re-
gum a quoquam Antecessorum suorum
in Sede Cantuariensi, ut id promitteret,
exegis-

exegisse, & nunquam fore, ut ipse pro-
mitteret, servaturum se esse consuetudi-
nes, Legi Divinæ, Auctoritati Sacræ Se-
dis, & Libertati Ecclesiæ adversantes,
quas Papa Senonibus, ipsis Legatis au-
dientibus, damnasset, & quibus ipse ana-
thema dixisset.

Rursus Legatis quærentibus, an sal-
tem vellet promittere, se has consuetu-
dines dissimulaturum & toleraturum, re-
posuit illud Axioma morale: *Qui tacet
consentire videtur*, quia enim Rex se ju-
re possessionis gaudere diceret, si nemo
se se opponeret, & Legatorum Sacræ
Sedis accederet auctoritas, eas consuetu-
dines & ipsi & Successoribus ejus legiti-
me stabilitas videri posse. Subjunxit
Thomas, malle se in perpetuo exilio de-
gere, & si Deus de se ita decrevisset, ex
amore Justitiæ mori, quam suæ salutis
& libertatis Ecclesiasticæ dispendio pa-
cem quærere. In hujusmodi enim ad-
junctis Deum æternam damnationem
comminari Episcopis, si taceant. Lectis
deinde consuetudinum Articulis, quæsi-
vit ex Cardinalibus, an has a Christia-
nis servari, & a Pastoribus dissimulari
liceret?

Tum cum Legati interrogarent, an
in causa litis cum Rege ipsorum judicio
acquiescere vellet, respondit, se, si ipse
& clientes sui in integrum restituerentur,

Hist. Eccles. Tom. XVII. Q9 lu-

Sæcul. XII.
A.C. 1167.

Sæcul. XII. lubenti animo competenti Judici pariturum, & submissurum se illis, quorum
A.C. 1167. Judicium subire Papa jussisset. Nunc vero pauperrimum & solius Regis Franciæ beneficiis vitam trahentem ad longæ litis sumptus compelli non posse. Noluit vero S. Thomas Cardinalem Papiensem Judicem recusare, ne nova lite, antequam restitutus fuisset, implicaretur. Iterum Legati interrogant, an coram ipsis respondere vellet Episcopis, qui ab eo ad Papam appellaverant, cum jam præsentibus essent. Quibus Thomas pariter respondit; se nulla a Pontifice hac de re accepisse mandata, si autem exinde acciperet, facturum se, quod æquitas postularet. Altera die Rex Franciæ, Legatis in conspectum admissis, illud objectum, quod Thomas duobus Regibus exitialis belli auctor extitisset, diluit, jurando affirmans, Præsulem sibi constanter suasisse, ut pacem cum Rege Angliæ conservaret.

Il. ep. 27.

§. XLV.

Conventus Argenteonensis.

Exinde Legati de iis, quæ acta erant, Regi Angliæ rationem reddituri Argenteon * die Dominica vigesima sexta Novembris perveniunt, quibus Rex ad duas leucas obviam procedens, eos deinde ad hospitium deduxit. Altera luce Rex

* Argentan